an die Mutter, dieweil der Kinder eines lebet.

His praemiſſis ad Quaeſtionem reſpondemus:

I. Affirmando,

1. quia ſtatutum illud loci generale omnes videtur obligare, non tantum Cives, ſed et inhabitatores omnes, etiam peregrinos.

Anton. Teſſaur. deciſ. 106. num. 5.

Jam quod generaliter dictum, generaliter debet intelligi.

p. vulg. et l. ult. C. de dot. prom.

2. Quia Gymnaſii Profeſſores et Collegae, licet proprie dicti Cives non ſint, incolae tamen ſunt Oppidi, et tenent ibi Larem ſuum, taciteque in Leges et conſuetudines loci conſentire videntur.

Gail. l. 2. obſ. 35. Althuſius dict. l. 3. c. 1. n. 15.

3. Quia ſtatutum illud libere receptum, Ducali Principis confirmatione in Ordinatione Pupillari (in der Waysenhaus-Ordnung) approbatum eſt. Quae confirmatio facit, ut *vim legis* nanciſcatur, et fortius deinde obliget.

Matth. Colerus de Proceſſu Execut. l. 1. c. 3. n. 12. 13.